

attestacione diuini iudicii & ipsius dei & omnium sanctorum reuerencia quantum possum inhibeo premissam ordinationem ab aliquo molestari. Petens humiliter vt huic littere in huius rei testimonium sigillo meo sigillare sigillum domini mei Regis & sigilla domini archiepiscopi & suffraganeorum eius apponantur. Actum stafþý anno dominj M°.CC°.LXX°. sexto in sabbato proximo ante dominicam sancte trinitatis, Presentibus domino. A. Episcopo strengenensi. & dominis. Petro. Arnfasto. & Jngone. sacerdotibus & Jngiwaldo fastæsun & Rørico stephani filio & Dan Banchæ sun & aliis clericis & laicis.

Sigillet N:o 1 finnes; N:o 2 — 9 bortfallne.

616.

1276 d. 11 Jul.

Juleta.

ARNOLFS af Möreby Salubref på Westerlösa och andra lägenheter till Bisk. ANUND i Strengnäs.

A. 4. a. 6.

Vniuersis christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Arnulfus de Møriþý salutem in eo qui saluat sperantes in se. Notum facimus tam presentibus quam futuris, Nos mansionem in Wæsterløso cum agris, pratis, siluis, & nemoribus ac omnibus aliis attenenciis, insuper cum predio in Rosløso & pratis in Cristbiærh, cum agris in Øsløso & vno agro in Barastathum cum predio in Juzchiældo & quadam parte silue in ælwærume cum siluis iuxta Wæsterløso que uocantur Chøp & quadam parte silue in Rosløso, ac omnibus aliis pertinenciis quibuscumque que ad dictam curiam pertinebant pro centum marchis denariorum venerabili in christo patri domino anundo strengenensi episcopo vendidisse. Recognoscentes dicte pecunie summam nobis integraliter persolutam, In cuius empcionis ac solucionis euidenciam pleniorum presentibus fecimus sigillum nostrum apponi, volentes pariter & petentes vt sigilla venerabilis patris domini. H. episcopi Lincopensis & domini. B. Legiferi Øsgotorum in testimonium huius rei presenti pagine appendantur. Datum Julatum anno domini. M°.CC°.LXX°.VI°. translacione beati Benedicti. abbatis.

Alla 3 sigillen med remsorna bortfallna.

617.

1276 d. 7 Aug.

Gudhem.

Kon. WALDEMARS öppna bref för Gudhems kloster på frihet från alla Kongl. utskylder af dit hörande gods.

A. 3. 2. 1: 10.

IN nomine summe & indiuidue trinitatis Waldemarum dei gracia rex sweorum vniuersis christi fidelibus presentes litteras &c. *lika med N:o 439 till marie.* Gudhem attinentes ob monialium deuocionem *och vidare till* redditibus.

ab omni iure regali. videlicet exactionibus. & procuracionibus. expeditionibus. vel alijs collectis quibus alii subjacent. liberas semper *samt vidare till* perseueret, dictam libertatem siggillj nostri munimine roboramus. Insuper. omnibus. per presenciam scripta declaramus. Quod prefatam Domum. & Dominas ibidem deo domino Seruientes. Sub clypej nostri tutelam constituimus specialiter protegendas. quam diu uixerimus domino largiente. Ita quod quicumque ipsas iniuste molestauerit in aliquibus strictam nostre maiestatis sentiet vltionem. Datum Gudhem Anno Domini. M°.CC°.LXX°.VI°. VII°. jdus Augusti.

Sigillet finnes.

618.

1276 d. 21 Sept.

Upsala.

Kon. MAGNUS Is Salubref på gårdarne Skånella och Harg till Numnorna i Skokloster.

D. a. 7: 46r. \*)

Omnibus presens scriptum cernentibus Magnus D. G. Rex Svevorum salutem in domino sempiternam. Injuriatur memoria frequenter oblivio, et ex longinquitate Sæpe fit temporis, quod res clara præsentibus, redditur obscura futuris, et sic interdum quæ juste, rite et ordinate sunt facta, in dubium revocantur: Qvare adversus oblivionis dispendium de scripturæ suffragio prudentum cautela providit. Sane constare volumus præsentibus et futuris, quod curiam nostram in Scanald, et prædium in Harg, cum agris, pratis, silvis, piscariis, molendino et cæteris attinentiis eorundem, religiosis dominabus sanctimonialibus in Sco, pro justo pretio vendidimus et tradidimus perpetuo nomine dictæ domus possidenda, et dominium ac proprietatem dictorum Curia et prædii in easdem recepto pretio transtulimus, his firmariis more Svevorum datis ac modo nominatis, dominis Magno Dapifero, Johanne Philippi, Byrgero fratre suo Gregorio, Byrgero Haqvini, Philippo de Romby, Erlendo, Johanne Karlsun, Anundo Haralsun, Ulfone Holmgersun, Nicolao Naglasun <sup>1)</sup>, Nicolao Ingimunde sun, Berone dicto Næf, Berone de Rikibastum, Kietilmundo, Røriko Byrgerson, Benedicto archidiacono <sup>2)</sup> Upsalensi, Præposito Berone, Jacobo Israelis, Magistro Andrea, Høaro, Rodgero, Salomone, Israele Erlensun et Olavo, Canonicis ejusdem ecclesiæ Upsalensis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostram venditionem rite et legaliter factam infringere, vel ei ausu temerario in periculum animæ suæ contrajre. Si quis vero hoc attemptare præsumperit, partem cum Datan et Abiron, qvos terra vivos absorbit, se noverit habiturum. Ut autem hæc nostra

\*) Med anm.: Collationerad med Original-permebrefvet. 1) Raglasun, J. 3: 97. 2) Aruidi a. st.